

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis, Georgius Radovius, Iuris
Doctor & Prof. Publ. Ad Exequias, quas ... Matronae Sophiae Marstallers/ primum
... Dn. Bernhardi von Münster ... post huius vero praematurum ex hac vita
discessum ... Dn. Joachimi Geißmer I.U.D. & Advocati ... Relictae Viduae, Matri
optatissimae ... Liberi Moestissimi paratas cupiunt, Omnes omnium Ordinum
Cives Academicos officiose & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, [1674]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291597>

Druck Freier  Zugang



Radov, G.,
in
S. Marsteller,
viduam B. v. Münster,
uxor, J. Geissmer.
Rostock, 1674.

20.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770291597/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291597/phys_0004)





PROGRAMMA,

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,

GEORGIUS RADOVIVS,

Juris Doctor, & Prof. Publ.

Ad Exequias,

quas

Nobilissimæ, Pientissimæque Matronæ

SOPHIAE Marstallers/

primum

Nobiliss. Ampliss. atque Consultissimi

DN. BERNHARDI von Münster

Serenissimi Principis ac Domini, DN. GUSTAVI

ADOLPHI, Ducis Meklenburgici &c. &c. Domini

nostri clementissimi, Consiliarii,

post hujus verò præmaturum ex hac vitâ discessum,

Amplissimi & Consultissimi

DN. JOACHIMI Getshmer J. U. D.

& Advocati Clarissimi,

RELICTÆ VIDUÆ,

Matri optatissimæ, honoratissimæque


Liberi Mæstissimi paratas cupiunt,

Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiosè

& per mantere invitati.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

106



S. C. Ompellandi iterum estis, Cives Academi-
ci, invitandique ad funestum ac lamenta-
bile officium. Nondum mensis exiit,
cum Optimo Seni ultimos honores ex-
hibuistis. Hodiè idem à Vobis exigit Ma-
trona clarissima, Vidua honestissima.
Quod si de fama mulierum eadem Nos;
quæ quondam Thucydidem, gravissimū scriptorem, teneret
opinio, publicā hac & in Defunctæ nostræ laudem compositâ
scriptione non opus foret. Is enim potissimum elogium ei
tribuebat fœminæ, quæ ob egregium facinus virtutesque
insignes sermone publico non celebraretur. At verò hu-
manior nobis occurrit Gorgiæ Leontini sententia, qui fa-
mam ac decus fœminarum in aprico positum malebat, quo
pluribus innotescerent, quæ omnes decerent. Non indeco-
rum sane est, in publicum efferre insignem aliquam cor-
poris pulchritudinem; eccur non ostentarentur Virtutes
ac animi dotes, quæ tanto præstant formæ corporis, quan-
tò anima corpore est excelsior. Non invidemus Græciæ il-
lam morem, quo matres fam. in parte interiore ædium, quæ
gynæconitis dicebatur, quasi in carcere conclusæ teneban-
tur, neque ullo nisi propinquorum commercio gaude-
bant. Bonæ mulieris fama non est includenda domi, sed
efferenda in publicum, ne cum publici boni jacturâ delite-
scant in angulo exempla egregia. Antiquitas non viro-

rum

rum saltim sed & fœminarum res gestas ad posteros transmisit. Amazonum virtus bellica non minus celebrata ac Macedonum; & magnitudo animi in Timoclea aut Porcia æque ac in Pelopida & Bruto spectatur. Romanæ quoq; mulieres egregio quodam facinore impetravere, ut publicè pro rostris laudarentur. Qui vitam Matronæ nobilissimæ pientissimæq; hodie tumulandæ, SOPHIAE Marstallers / laudabiliter actam, habent cognitam, non invidebunt ipsi laudes, quas pietas ejus & probitas, aliaque virtutes meruere. Ceterum sicuti olim omnibus saepe sexus laudatissimum præbuit exemplum bene instituendæ vitæ, oppetendæque mortis; ita jam universis certissimæ mortalitatis ac miseræ humanæ dedit documentum. Fuit & ipsa, sicuti reliqui mortales, fugiti vi temporis spolium, sequioris fortunæ ludibrium, humanæ jacturæ imago, invidiæ & calamitatis trutina, imbecillitatis & fragilitatis exemplum, reliquum verâ pituita & bilis. O miseram hominum conditionem! Salutare hic omnino est ac necessarium Senecæ consilium, qui ita inquit: *Tempus vita vel est, vel fuit, vel erit. Quod agimus breve est; quod acturi sumus dubium; quod egimus certum.* Quidam ergo ab hoc exiguo ac caduco temporis transitu in illa nos toto demus animo, que immensa, que eterna sunt. Scilicet per beatam mortem ad æternam transimus vitam: illa est calamitatum finis, semperiternæ felicitatis initium: illa est portus, quo extrametum naufragii securè quiescimus, quo vita nostra multis vexata injuriis omnes suas molestias deponit. Eo feliciter quoque appulit nuper Defuncta nostra, vita quæ hujus temporalis ærumnas cum æternæ vitæ felicitatibus commutavit. Ita enim vixit, ut male mori non potuerit. Testatum id facit historia vitæ ejus, quam

¶(2

hic

hic apponere iisdem, quibus nobis communicata ver-
bis, operæ pretium duximus. Nata est pientissima
Matrona Gustrovii die 15. Aprilis anni 1608. Patrem
habuit Virum Nobilissimum & Consultissimum Domi-
num PROTASIUM Marsteller / JCtum Celeber-
rimum, & primò quidem Serenissimi Ducis Pomeraniæ
Domini BOGISLAI XIV. glorioſæ memorię, posteā
autem Serenissimorum Principum ac Ducum Mecklen-
burgicorum, DNI. CAROLI DNI. ULDARICI &
DNI. ALBERTI Illustriſſimæ recordationis, Consilia-
rium Status & Aſſeſſorem Cancellariæ gravissimum, qui
inter tres fratres Marstellerios, Ducum Pomeraniæ
Consiliarios, medius adeoque secundo genitus fuit: Ma-
trem autem fœminam Nobilissimam ANNAM Schüt-
ten/omnibus fœmineis virtutibus decoratissimam. Avus
ejus paternus fuit Vir Amplissimus & Experientissimus
Dominus GERVASIUſ Marsteller / Medic. Doct. Ex-
cellentissimus, Universitat. Jenens. Professor Publ. ac de-
in Serenissimorum Principum ac Ducum Brunsvicensi-
um, DNI. HENRICI & DNI. JULII venerandæ memo-
riæ, Archiater felicissimus, cujus Uxor fuit DORO-
THEA TRENGERIA, ex familiâ patriciâ apud Hallen-
ses clarissimâ, oriunda, fœmina omni virtutum orna-
mento conspicua. Avus maternus fuit Vir Amplissimus
& Prudentissimus Dominus NICOLAUS Schütte/
Senator Gustrovienſum laudatissimus, cujus Uxor fuit
ANNA Stoſlowen / ex Nobili Stoſloviorum familia;
quæ patrem habuit Dominum NICOLAUM Stoſlowen /
Hereditarium in Panflow; matrem BRIGIT-
TAM Clevenowen. Proavum paternum laudat Do-
minus GERVASIUſ Marsteller / Consulem Neo-
bargens, Brisgoas Proavum maternum habuit Virum
Nobi-

Nobilissimum & Strenuum Dominum JOACHIMUM Schütten / Nobilem Silesium, Serenissimi Ducis Mecklenburgici supremum Gustroiensis, Star-gardenis & Svanensis districtus Præfectum, cuius Majores propter Pontificiorum sævitiam, neve intolera-bilem conscientiarum carnificinam sustinerent, relictis Feudis regalibus simul & avitis, ex patriâ emi-grarunt. Ejus autem Ixor fuit MARGARETHA Winckelmans / Consultissimi Domini CHRISTOPHORI Elevenawen / Consulis Gustroiensis, vi-dua, fœmina decoratissima. His majoribus non tan-tum vitam piè Defuncta debet, sed & indolem virtutum igniculis egregiè dotatam, quam accrescentibus annis elegantissimè excoluit: nihil enim Optimi ejus Parentes, cum sacro Baptismate primum renata es-set, ac primam infantiam, quæ aliàs rebus agendis in-cepta videtur, reliquisset, intermisserunt, quod ad ac-curatam ejus educationem conferre posset; nec illa à pietate & bonis moribus unquam defecit, sed, quæ Virtutum semina à majoribus acquisita sensit, omni studio atque cura suscitavit. Modestè itaque virgi-nitatis spatum transegit, & quod à laboribus dome-sticis tempus erat reliquum, lectioni sacrarum lite-rarum impendit, & quidem debitâ cum devotione. Quando autē an. 1634. mense Novembri Viro quondā Nobiliss. Ampliss. & Consultiss. DN. BERNHARDO von Müinstern J. U. D. Serenissimi Principis ac Domini, DN. GUSTAVI ADOLPHI, Ducis Mechlenb. &c. &c. Domni nostri clementissimi, Consiliario conjugali fœ-dere juncta est, huic Deus convenienti matrimonio benedixit. Liberos siquidē enixa est tres, quos inter pri-mus Vir Amplissimus & Consultissimus HENRICUS BERNHARDUS von Müinstern J. D. & Advocatus

10(3)

Cele-

Celeberrimus, De gratia adhuc superstes, qui Uxor
rem duxit Lubecæ anno 1662. die 21. Aprilis. Virginem
Nobilissimam CATHARINAM von Dassels / Viri
Nobilissimi DN. ALBRECHT von Dassel Patricii, &
quondam Senatoris Reipublicæ Lubecanæ p. m. reli-
stam unicam filiam lectissimam, ex quo matrimonio
quidem piè Defuncta vidit unum Nepotem & unam
Neptem, qui tamen vel in ipso partu vel paulo
post ex hac in beatiorem vitam migrarunt, quam clau-
dem ipsius matris obitus anno 1666. die 10. Junii con-
sequutus cumulavit. Hanc verò fortunatæ adversitatem
sequentis anni 1667. benignitas mense Octobri emen-
davit, cum secundas nuptias contraheret cū Nobilissi-
mâ & Pudicissima Virgine COECILIA à Brömsen/
Viri Nobilissimi & Prudentissimi ANDREÆ AL-
BRECHT à Brömsen/Senatoris & Patricii Lubeca-
nium, filia primogenita, ex qua unicam suscepit filiam
SOPHIAM MARGARETHAM, quæ paren-
tibus ut solatio diu superstes esse possit, eisdem
precamur. Secunda & tertia inter liberos ex priori
matrimonio fuerunt ANNA SOPHIA & ANNA
DOROTHEA, quarum prior ante patrem, poste-
rior autem ante matrem, inverso mortalitatis or-
dine, ex hac vitâ exceperunt; & cum sic volente Deo,
anno 1640. die 19. Octobr. Defunctæ per mortem
maritus eriperetur, anno 1642. mense Februario
ad secundæ transiit vota, cœloque plane benigno
iterum conjugali vinculo Viro quondam Am-
plissimo & Consultissimo Domino JOACHIMO
Geißmer J.U.D. & Advocato Celeberrimo, se associa-
vit, ac ex eaconjunctione unicam filiam ANNAM
MARIAM, adhuc Dei gratia superstitem, enixa est,
quæ

qua nuper Viro Amplissimo & Consultissimo Domino
GODOFREDO MARTINI, U. J. D. & Advocato Clas-
rissimo despota. Ecce subitam vim fari! Vix ingressa
beatè Defuncta hoc domesticum gaudium, non diu
sine ærumnis & calamitatibus in eodem stetit, quas
inter infima, quando diè 7. Aprilis anno 1643. svavissi-
mo novello suo marito, Deo sic jubente, privata est.
Neutquam tamen animum curis plenum abjecit, sed
qua erat pietatis & fiduciæ in Deum plena, ita patris
matrisq; curam sola intrepida subiit, & sub benedi-
ctione divina liberorum suorum piam & accuratam
educationem sustinuit; variis tamen difficultatibus
& morbis gravissimis & desperatis sæpius afflita
hæsit, in quibus omnibus se ipsam ex sacro Codice
consolata est, omnesq; suas actiones ad Dei gloriam,
liberorum educationem & proximi utilitatem salu-
temq; retulit, donec 14. die mensis Januarij gravius
decumbere majoremq; morbi vim persentiscere cæ-
perat. Medici etiam adhibuit diligentiam, ne
corporis rationem plane neglexisse videretur. Itaq;
Virum Excellentissimum & Experientissimum DN.
JOHANNEM BACKMEISTERUM, Med: D. ejus-
demq; pariter ac superiorum Mathematum Pro-
fessorem Celeberrimum, Collegam, amicum ac Com-
patrem nostrum honoratissimum advocavit. Quo-
niam autem vis morbi, die 26. ejusdem mensis, o-
mnem humanam operam superabat, sollicita fuit, ut
animæ curam haberet; quare subsequenti statim die
Confessionarium suum, Virum maxime Reverendum
& Excellentissimum DN. **HENRICUM MULLERUM**
S. S. Theol. D. & P. P. nec non Ecclesiæ Marianæ Pa-
storē & Ministerii Rostochiensis Superintendentem

vigi-

vigilantissimum, Collegam ac Adfinem nostrum plurimū colendum, ad se vocari rogavit, ut viaticum S. S. Corporis & Sanguinis Dominici ad æternam salutem porrigeret: quo impetrato, inter preces & suspiria eodem die 27. Januarii hora vespertina 9. cum annum ageret LXVI. placide obdormivit, & animam servatori suo reddidit. Nostrum erit Cives Academicī, ut, intra unius mensis spatiū, bis in nostræ mortalitatis memoriam vocati, officia humanitatis frequentes piis manibus exhibeamus, præsentiaque piæ ac compositâ Clarissimæ Matronæ faciamus exequias, quæ testentur, nos inter mortalitatis curas beatam æternitatem meditari.

Valete.

P. P. sub Sigillo Rectoratus die X. Februarii
ANNO M. DC. LXXIV.

Conventus fiet in templo Mariano
circa horam primam.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770291597/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291597/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770291597/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291597/phys_0015)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770291597/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291597/phys_0016)



que nuper Viro Amplissimo & Consi-
GODOFREDO MARTINI, U. J. D.
rissimo despontata. Ecce subitam vi-
beatè Defuncta hoc domesticum ga-
fine ærumnis & calamitatibus in ec-
inter infima, quando diè 7. Aprilis a
mo novello suo marito, Deo sic jub.
Neutquam tamen animum curis ple-
qua erat pietatis & fiduciæ in Deum
matrisq; curam sola intrepida subi-
ctione divina liberorum suorum pia
educationem sustinuit; variis tame-
& morbis gravissimis & desperati-
hæsit, in quibus omnibus se ipsam
consolata est, omnesq; suas actiones
liberorum educationem & proximi-
temq; retulit, donec 14. die mensis
decumbere majoremq; morbi vim
perat. Medici etiam adhibuit
corporis rationem plane neglexisse
Virum Excellentissimum & Experi-
JOHANNEM BACKMEISTERUM,
demq; pariter ac superiorum Mat-
sessorum Celeberrimum, Collegam, at
patrem nostrum honoratissimum advi-
niam autem vis morbi, die 26. ejus-
mnen humanam operam superabat,
animæ curam haberet; quare subsequi
Confessionarium suum, Virum maxim
& Excellentissimum DN. HENRICUM
S. S. Theol. D. & P. P. nec non Ecclesi-
storem & Ministerii Rostochiensis Sup-



Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Serial No.

032

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263